

Accipe consilium etiam à seruo prudente.  
 210. Castitas animæ tuæ, corporis sunt purgationes.  
 Hæc iustitiæ præcepta, sic (enim) viventes  
 Vitam exegeritis bonam usque ad senii limen.

### FINIS EXCUSORUM IN OFFICINIS

Carminum Phocylidæ. Reperiuntur etiam ista:

**E**T hæc Phocylidæ (sunt) ex quatuor istis facta sunt  
 Genera mulierum: prima è cane, & fera ape,  
 Tertia sue torva, quarta verò equo jubato.  
 (Ex equo facta) commoda est & velox, circumcurfans,  
 foma præstante:

E sue verò torva, neque sanè mala neque etiam bona est.  
 E cane verò, molesta, & fera (est.) Ape autem  
 Domus gubernatrix (est) bona, & scit laborare,  
 Cujus opta, care socie, assequi conjugium desiderabile.

*Et hæc Phocylidæ sunt.*  
 Indigens opibus, curam habe fertilis agri,  
 Agrum enim ajunt copix esse cornu.  
 Et illud Phocylidæ est: Plurimos nobiles esse,  
 Quos neque in verbis sequitur gratia, neque in consilio.

F I N I S.



Parcito vitæ (tuæ,) ne ipsam curis conficias.

### VERSUS IN PHOCYLIDEM.

**P**Hocylides honestam vivens vitam,  
 Ut Christomytes, ut magnus Apostolus,  
 Ut auditor divinorum oraculorum,  
 Et Præceptor optimarum actionum,  
 Evangelicè hæc loquitur & scribit,  
 Utilia existentia in vita hac (versantibus.)

IN